

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis
Farrago**

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Francisco Vinariensi, Philippus Melanchthon S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

manorum res gestas et tempora distribuentes; petiuit sibi ab eis componi Epitomen Monarchiarum, et Mundi historiam ordine distribui. Id opus ex Grecis et Latinis scriptoribus collectum, gratissimum fuit ab aucto tuo. Simile opus in Chronico Cationis institutum est: sed uellem Cartionis libellum aliquanto locupletiorem esse. Id fieri a preceptore tuo optimè posset, aut certe a Iacobo Rungio, cuius oratio refert elegantiam et nitorem Iulij Cesaris. Bene et feliciter uale, illustrissime Princeps. Calendis Ianuarij, Anno 1555.

Francisco Vinariensi, Philippus Me-
lanchthon S. D.

I, 121.

Iucundissima mihi fuit significatio gratitudinis tuæ, quam in proximis literis ad me scripsisti. Etsi enim mea erga te officia minora sunt mea uolunta- te (nam et amo ingenium tuum, et ornare semper studio) tamen hunc animum tibi probari gaudeo. Ac cætera quidem beneficia leuis et usulgaria fuerunt: sed si sermonum, consiliorum et sententia communicationem de rebus maximis, de religionibus, Rebus publicis, denique de omnibus uita officijs magni aestimas, fateor me tuo iudicio electari. Nam et significatio fuit amoris summi ac ueritatis, consuetudo illa. Et existimo te ex ijs sermonibus et actionibus, cum intentionis uitæ meæ totius et negotio rum

rum omnium spectator esses, non minus uera doctrinæ hauiisse, quam ex illis ingenibus bibliothecis iurisconsultorum: præsertim cum me non solum libri in umbra erudierint, sed usus etiam: qui interfuerunt maximis rebus, quæ in meam etatem inciderunt in Germania: et cum ingeniosissimis hominibus uer sati, cum insidiosissimis conflictati sumus. quoties ueteres res gestas et euentus ex omni antiquitate collectos repetinimus, non solum ut diuinaremus de exitu, sed etiā ut remedia cōquireremus? Quæ multa de ceteris Reipublicæ partibus disputauimus! Quæ multa presagia nostra meministi? Ac spero te ad omnes uitæ partes instructiorem esse factum ijs nostris sermonibus qui non solum ueras de religione, deq; artibus sententias audiueris, sed etiam formam atq; ædificiū Reipub. me monstrante contemplatus sis: quæ principum uirorum sine uoluntates, quæ consilia, quæ in maximis rebus gubernandis moderatio adhibenda sit, quò præcipue bonis uiris omnia consilia dirigenda sint. In hac tanta philosophia et si me meo pede metior, et intelligo quatum ab huius generis artificio absint tamen tantum uersari me * tu ipse testis fuisti mihi, ut ipse sapiens historicus ait, τὰ τῶν θεμάτων θέματα. Quare letus fui, te hanc consuetudinem nostram magni facere. Spero autem cùm in ceteris rebus, tum in hoc genere cōstare rationem officiorum.

rum.

rum, quæ in amicitia requiri debeat: teq; perspe-
 xisse singularem meum erga te amorem ac fidem.
 Qua de re interdum mecum expostulant nostri li-
 belli, quos in aulam emisimus. Etsi nos quidem non
 authores huius consilij sumus, sed principi parui-
 mus: sæpe tamen mibi peccasse uideor, qui nō fui in
 te retinendo in schola pertinacior. Quo me animo
 esse putas, cum perspicio in quas te procellas, in
 que pericula coniecerimus? Etsi enim fortasse de-
 siderio tui fit, ut illa me moueat uehementius: tamè
 non difficile est iudicare, quantum præstertim in no-
 stra Repub. sit periculi. Ego uero cum animo intue-
 or nostri principis aulæ οὐχισιν, prouinciam ma-
 le affectam, ualde perturbor. Tum uero toto corpo-
 re cohorresco, cum ea colligo, quæ impendere ui-
 dentur. Habet principem satis magno & honesto
 ingenio præditum, sed sæpe morose & suspiciose
 dicantem, nati & auditi reprehendentem, nati πράγμα
 τα εἰλοντα ἐφ' ἀντὸν κόστος ή παινίας νέφη. Patet
 etiam me terrent, quæ denunciāt μεταβολή τινα.
 Sed orādus est Deus, ut eum gubernet & defendat.
 Nam me ista cogitantem sæpe, delectant diuina o-
 racula, quæ testantur principes Deo curæ esse: si-
 cut ait David, Qui das salutem regibus. Desino
 itaq; de principe dicere, quo tamen nihil habet au-
 la humanius aut melius. Reliqui omnes inuident, et
 ēnsidiantur. Nostri illud uetus: Viglandum est, mul-
 te

te infidei sunt bonis. Quoties in curiam ingredere-
 ris, & illum confessum uides, qui sane esse debet, u-
 bi de summis rebus deliberationes habentur, con-
 sidera quam multos numerare possis, qui non sint
 in te hostili animo. Que autem possunt esse uerae
 deliberationes cum socijs aut stultis, aut infidis? Scis
 enim quid requirat Diomedes, sed si dico dico xouē-
 w. Longum fuerit, si uelut persequi omnia. Et hec
 tempora, propter religionis controuerstias, multo
 plus habent maximorum periculorum: que cum ar-
 te mitiganda essent, multorum consiliis sunt atro-
 ciora. Vidisti enim nuper in conuentu nostrorum,
 quo spectent ceterorum hominum voluntates. Iam
 isto loco decet te non tantum tibi cōsulere, sed Eccle-
 sia, Reipub. & patriæ. Sed quid potes, ubi non est
 locus moderatis consilijs? Et quidem Ecclesia, ut a-
 gra corpora, molliter souenda erat mitissimis re-
 medijs. non enim patitur asperiora illa φαύηνα.
 Hæc pericula omnia cum colligo, quo me animo es-
 se arbitraris? Si te à portu soluere & à seuisimis
 tempestatib. uidisse, profecto retraxisse te omnibus
 uiribus. Itaque reprehendo meam facilitatem,
 quod tibi, cum illos fluctus Reipub. aggressus es,
 non obstiti uehem̄tius. Quod igitur reliquum est,
 ore Christum, ut & Rempub. defendat: & mentem
 tuam regat, ut Reipub. foeliciter consulas, ut te ser-
 uet incolumem. Te quoq; adhortor, ut Deo te com-

m mendes,

mendes, qui cum imperia cōstituerit ipse, nō est de-
futurus gubernatorib. Rerum publicarū, si ab ipso
opem implorent. Hac me cōsolatione, unā cum sum
mis periculis saepē sustētaui. Hęc scripsi ad te pro
lixius, quadam adductus amoris abundātia, ut scias
mibi gratam fuisse commemorationem uoluntati
tue, & haberes uiciſſim mee erga te benevolentia
pignus. Scio te natura ad humanitatem institutum,
& optima disciplina assuefactum intelligere quo-
que, amicitias uirtutis causa constanter colēdas ej-
se. Quare nō dubito te benevolentia erga me cōser-
uaturū esse. Ego uiciſſim amore meū erga te sum-
ma fide cōseruabo. Atq; utinam amicitia nostra a-
liquid opis possit Recipit. adferre. Veni Vuiteber-
gam, Lutheri literis accersitus. Nondum ulla de nos
Britanni cum nostris deliberare coeperunt. Herimi
hi narrarunt, se ordine de singulis articulis doctrinā
et asturos esse: et ualde contendunt, ne discedan.
Nimium amant λεπτολογίας. Lutherus amāter nos
complectitur, & eorum comitate adhuc quidem de-
lectatur. Quæsto te significa mihi, quem teneas lo-
cum, & qualia uideantur esse auspicia huius auli-
ci curriculi: & asperge aliquid de Rep. Bene uale.

D. Pontano Philippus Melan-
chthon S. D.

Etsi spero te ad nos breui redditurum esse: tamen

CHV